

futura presignantur. **A**pollonius secundum hec que dicta sunt. beati quos dominus inuenerit vigilantes. **C**esarius. Occasione huius verbi referam quod nuper audiui.

Capitulum lxx

**Q**uoniam in alna domo ordinis nostri dyaconus legisset euangelium de confessoribus. scz **V**igilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Verbis eisdem completis. quidam monach<sup>9</sup> in choro cecidit et expirauit. Et timuerunt omnes verboꝝ domini effectū considerantes. Unde fratres quia nescimus qua hora dominus noster venturus sit. vigilemus fide vigilemus et opere. vt cum venerit et p morte pulsauerit confestim et leti aperiamus ei. Quod nobis prestare dignetur dominus noster Ihesus xps qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Explicit undecima distinctio

Incipiunt capitula duodecime distinctionis:

**D**E pena et gloria mortuorum. caplm primū. **D**E pena Iude Wici langrauij. ca. ij. **D**E pena cuiusdam principis alemannie caplm. iij. **D**E clerico cuius corpus dyabolus loco anime vegetabat. ca. iij. **D**E pena Wilhelmi comitis Juliacensis. ca. v. **D**E pena sacerdotis cuius animaz parochiani sui agitauerunt in puteū. ca. vi. **D**E pena sculteti de Holmer qui missus est in vulcanum. ca. vij. **I**tem de sculteto de leggenich qui in eundem montem missus est. ca. viij. **I**tem de brunone de flitert qui in eundem vulcanum proiectus est. ca. ix. **I**tem de pena brunonis filij eius cui in inferno propinatum est. ca. x. **D**E euerhardo milite qui se erexit in feretro. ca. xi. **D**E decano Palernensi quem rex arcturus inuitauit ad montem gyber. ca. xij. **D**E pena bertolfi ducis ceringie qui missus est in vulcanum. ca. xij. **D**E pena frederici militis de Kelle. ca. xiiij. **D**E henrico nodo qui post mortem multis visibiliter apparuit. ca. xv. **D**E torneamento occisorum iuxta montenacke. ca. xvi. **D**E waltero de milene. ca. xvij. **D**E milite mortuo qui nocte serpentes et bufones loco piscium ante portam filij suspendit. ca. xvij. **D**E Baioaro qui post mortem vxori apparens dixit sibi elemosinas nihil profuisse. ca. xix. **D**E pena concubine cuiusdam sacerdotis quam dyabolus venabatur. ca. xx. **D**E santomoniali qui infantem a se occisum ignitum circumferebat. ca. xxi.

**D**E Jordano cardinali ca. xxij. **D**E Euerwico ad infernales penas deducto. ca. xxij. **D**e purgatorio cuiusdam usurarii leodiensis. ca. xxiiij. **D**e purgatorio cuiusdam prioris de daraualle. ca. xxv. **D**e purgatorio cuiusdam marie in frisia. ca. xxvi. **D**e purgatorio cuiusdam matrone propter artes magicas. ca. xxvij. **D**e monacho qui socio post mortem apparens dixit. non putabam dominum ita esse districtum. ca. xxvij. **D**e scolasticus qui post mortem in pulu tabulam percussit et scidit. ca. xxix. **D**e Johanne sacrista vilaricensi qui apparuit abbati. ca. xxx. **D**e purgatorio abbatis qui inuitus iuit ad laborem. ca. xxxi. **D**e mortuo qui elemosinas preposuit orationibus. ca. xxxij. **D**e mortuo qui petiuit missas tres in ordine nostro. ca. xxxij. **D**e purgatorio christiani monachi vallis sancti petri. ca. xxxiiij. **D**e purgatorio sanctimonialis in ryndorp cui sanctus benedictus assistit. ca. xxxv. **D**e purgatorio margarete sanctimonialis de sancto saluatore. ca. xxxvi. **D**e purgatorio Wilhelmi monachi. ca. xxxvij. **D**e purgatorio sancti patricij. ca. xxxvij. **D**e monacho qui idem purgatorium intrare voluit. ca. xxxix. **D**e pena abbatis cozbeye. ca. xl. **D**e pena Rudingeri et potu eius. ca. xli. **D**e pena sacerdotis propter sclauiniam peregrini. ca. xliij. **D**e gloria Irminozudis abbatisse in dikirgen. ca. xliij. **D**e gloria sanctimonialis que Azeline apparuit in spera ignea et de tunica sancti dauid. ca. xliij. **D**e gloria monachi qui ad instar sagitte fuit ante deum. ca. xlv. **D**e scolare cuius anima in specie columbe assumpta est. ca. xlv. **D**e manu scriptoris in arnisburg. ca. xlvij. **D**e odore magistri petri cantor. ca. xlvij. **D**e predicatore ordinis premostratensis. ca. xlix. **D**e ciue in cuius cruribus scriptum erat Ave maria. ca. l. **D**e conuerso qui dixit pectus suum quasi lapide maximo premi cum morte retur. ca. li. **D**e morte theoderici et guntheri. ca. liij. **D**e conuerso qui dixit cystericiensem ordinem maximam habere gloriam in celo. ca. liij. **D**e glorificatione pedum cuiusdam magistri. ca. liij. **D**e dauid monacho qui oculos in solem defixit. ca. lv. **D**e dotibus electorum post resurrectionem. ca. lvi. **D**e Einolpho templario. ca. lvij. **D**e sancta maria que obtinuit ne angelus secundo bucinaret. ca. lvij. **D**e celesti iherusalem et gloria sanctorum. ca. ix.

**E**xpliiūt capitula

Capitulum  
clarius de  
meate sunt  
eis. Aliis  
et eis qui  
litter a dec  
elo mere  
bonis et i  
vobis pre  
ternu qui  
rum qz in  
ne specten  
gombus t  
notant. q  
vincula pu  
achuc ter  
paratus et  
vum iudic  
quibus et  
si non plene  
plus maiore  
documenta n  
riam et gan  
farus. Qui  
horum. In  
mactare f  
mpla.

**Incipit xij. distinctio de penis et gloria mortuorum**

**Capitulum primum**

**Monachus**

**S**icut hora undecima die ad occasum trahit ita duodecima eundem claudit. Bene autem in distinctione duodecima tractandum de premiis mortuorum arbitror quia die completo laborantes in vinea remunerantur. Unicuique hominum dies suus est presens vita. videat quomodo laborat in vinea. id est in ecclesia. Dies hec quibusdam breuior. quibusdam longior. quibusdam clarior quibusdam obscurior efficitur. Dies hec alijs est hiemalis his scilicet qui in infirmitate sunt et in angustijs. Alijs estiuat eis videlicet qui in gloria viuunt et delictis. Alijs vero vernalis qui in flore sunt iuuentutis nonnullis autumnalis. id est eis qui etate matura pondere defluunt senectutis. Duo sunt loca eterniter a deo preparata in quibus labor diurnus remuneratur. celum scilicet et infernum. In celo merces est iustorum. In inferno merces reproborum. De illo iudex in fine bonis et iustis dicturus est. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis preparatum est ab origine mundi. De isto vero. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Quanta sit merces iustorum quam ineffabilis quam admirabilis quam innumerabilis. Isayas breui sermone apprehendit dicens. Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te. De penis inferni. que innumerabiles sunt nouem specialius notantur. que sequenti versiculo apprehenduntur. **P**ix nix nox vermis flagra vincula pus pudor horror. Hec tormenta nouem sine modoque carent. Est adhuc tertius locus post hanc vitam quibusdam electis ad purgandum deputatus et a re purgatorium vocitatus. Hic temporalis est durans usque diem iudicij. Quanta vero sit futura gloria bonorum siue pena malorum. quibus etiam suffragijs iuuari possint. hi qui in penis sunt purgatorijs et si non plene quod prius est impossibile. ex his tamen que sequuntur exemplis maiora poteris perpendere. **A**ppollonius. Primum mihi ostendas tormenta reproborum. deinde penas purgatorias bonorum. nouissime gloriam et gaudium iustorum ut sic nostra collatio cum leticia finiatur. **C**esarius. Quanta sint tormenta tyrannorum. exactorum. usurariorum. adulatorum. superborum. siue aliorum qui grauiter deum offenderunt. nec penituerunt secundum quod a religiosis diuina personis quibusdam tibi pandam exemplis.

**Ca. II**

**L**odewicus lantgravius maximus tyrannus fuit de quo supra dictum est in distinctioe capitulo tricesimo quarto. hic cum mortuus esset precepit amicis suis dicens. **M**ox ut mortuus fuero cucullam ordinis cystercentis mihi induite. et ne hoc fiat me viuente diligentissime cauete. **O**bedierunt illi mortuus est et cucullatus. **Q**uod vbi miles quidam vidit comilitones yzonice allocutus est dicens. **V**ere non est similis domino meo in omni virtute. quando miles erat non habuit parem in actibus milicie. factus vero monachus omnibus factus est forma discipline videte quomodo diligenter custodit silentium suum. nec vnum quidem verbum loquitur. **A**nima vero eius cum eudata fuisset de corpore principi demoniorum presentata est. sicuti quidam manifestissime reuelatum est. **S**edente eodem tartarico super puteum et cyphum manu tenente huiusmodi verbis lantgravium salutauit. **B**ene veniat dilectus amicus noster. ostendite illi triclinia nostra. apothecas nostras. cellaria nostra. sicque cum hac reducite. **D**educto misero ad loca penarum in quibus nihil aliud erat nisi placentus fletus et stridor dentium et reducto sic princeps principem affatur. **B**ibe amice de cypho meo. **I**llo valde reluctante cum nihil proficeret ymo coactus biberet flamma sulfurea de oculis naribusque eius erupit. **P**ost hoc sic infit. **M**odo considerabis puteum meum cuius profunditas sine fundo est. **A**motoque operimento eum in illum misit et remouit. **E**cce iste est puteus in quo eum clericus vidit sicut predictum est in distinctioe prima capitulo tricesimo quarto

**Ca. III.**

**N**on est diu quod alter quidam princeps alemannie mortuus est. post cuius obitum cum quidam sacerdos cui multa bona fecerat. die noctuque lachrymis et gemitu deo pro illius anima supplicaret. nescio quis sanctorum ei in oratione assistens ait. **Q**uare tantum laboras pro homine hoc damnato? **N**ihil enim illi prodest. ymo magis obest. eo quod anima eius in profundo inferni dimersa est. **R**espondente sacerdote. **D**omine multa bona fecit mihi. multum enim illi teneor. **S**anctus subiunxit. **C**essa pro eo orare. quia anno integro antequam sepeliretur mortuus est. cuius corpus malignus spiritus loco anime vegetabat. fuerat idem princeps tyrannus maximus vir magnanimus modicuz habens timoris domini. **C**apollonius. non putauit corpus humanum sine anima posse comedere bibere

vel dormire. **C**esarius. Simile legitur in vita sancti patricij hybernens  
episcopi de quodam homine qui aurigam eius occidit. In cuius corpore  
dyabolus multis annis pro anima habitans. cum ad iutum sancti exisset  
corpus corruit et in puluerem reductum est. Item simile audiui a mona-  
cho nostro gerardo quondam bunnense scolastico.

Ca. iiii.

**Q**uercicus quidam tam egregiam et tam dulcem vocem habebat ut  
audire illam deliciae reputarentur. die quadam vir quidam religio-  
sus superueniens et cythare illius dulcedinem aure percipiens ait  
vox ista hominis non est sed dyaboli. Cunctis vero admirantibus demo-  
nem adiuravit et exiit. caduere mox corruente ac fetente. Et intellexerunt  
omnes idem corpus a demone diu fuisse ludificatum. **A**ppollonius. Non  
pubito quin demones valde illorum animas torqueant quorum corpora  
in presenti sic ludificant. **C**esarius verum dicis. Nunc reuertamur ad tor-  
menta tyrannorum. quia hec per occasionem dicta sunt

Cap. v

**I**n villa Entenig que in territorio bunnensi est sita. miles quidam  
nobilitatis Walterus nomine habitans. erat tam domui nostre quam or-  
dini satis obsequiosus. Hic cum tempore quodam graueriter infir-  
maret solusque iaceret. dyabolus illi ad pedes lectuli visibiliter apparuit. Erat  
autem sicut ipse nobis retulit facies eius ad instar sumee disposita cornua ha-  
bens caprina. In cuius aspectu cum terreret postea confortatus ait. Quis vel  
quid es. unde venis vel quid queris? Respondit monstrum. dyabolus sum  
animam tuam tollere veni. Dicente milite. Recede leccator. certe animam meam  
non tolles christo me commendo. Subiunxit ille. Waltere. si mihi offenseris homi-  
numque feceris non solum incolumitati te restituam quoniam super omnem tuam progeniem  
te ditabo. Respondit miles. Satis habeo. de diuitiis tuis fallacibus non cu-  
ro. unde ergo tibi thesauri? Infra terminos inquit curie tue infirmi occul-  
tant. Cum quo cum miles iam loqui delectaretur ait. Dic mihi ubi est anima  
domini mei Wilhelmi comitis Juliacensis nup defuncti? Respondit dyabolus.  
Nosti castra vicina Wolkenburg et drachynuels? Noui inquit. Et ille. Per  
stroz mea tibi dico. si ferrea essent tanta castra quam eorum montana et in illo loco  
mitterent ubi anima Wilhelmi est antequam superciliu super inferiozi iungi pos-  
set liquefierent. Quo dicto mox cachinnando subiunxit. Propter iste balneum  
lactei ei est. In futuro quam corpus suum anima resumet tunc primum penam debitam

J z

recipiet. **R**equisitus de anima henrici comitis **Feynensis** respondit. **C**erte nos illam habemus. **D**e pena tñ illius nihil expressit. **A**diecit etiã in/rogare illũ de patre suo. **N**o quod respondit ille. viginti annis et vno illũ habuim⁹ sed monocula illa et caluus ille atq; pediculosus qui in solario iacet nobis eũ abstulerunt. monoculã vocauit vxorem eis. que p̄ anima ei⁹ iugiter lachrymando oculũ vnũ p̄diderat. calusũ dixit filiũ eius theoderi cũ monachũ nostz qui ad videndũ germanũ eodẽ tpe aduenerat. **I**nterrogatus vero de predicta matrona. **R**espondit. vere nunq; potestati nr̄e addicta est eo q̄ mulier bona esset ac sancta. **F**ratres aut̄ tuũ sic sellauim⁹ vt nostz ius euadere nõ possit qui añ paucos annos defund⁹ est vir avarus et pecuniosus. **D**icente itez milite. **D**ic mihi de quo loco venisti nunc ad me? **R**espondit demon. **E**go et socij mei eramus in exequijs cuiusdam abbatisse nigri ordinis egressum anime eius prestolantes. **T**ũc miles. q̄t eratis ibi? **R**espondit demon. nosti nemus in cottinforst? **O**ptime inq̄t noui. **E**t ille. **N**on sunt tot folia in arborib⁹ quot illic fuim⁹ ògregati. **N**õ est tam grandis silua in puincia nostra. **E**t quid obtinuistis ibi? **R**espondit. **H**eu nihil. femina fuit r̄ligiosa sed vt michael archangelus supueniens cũ fuste ferreo sic nos cecidit et cedendo fugauit vt dispgeremur quẽadmodũ puluis qui a turbine impellit. **A**ppolloni⁹. **S**i tot demones ògregati sunt in egressu vni⁹ anime constat innumeros esse qz p̄ latitudinẽ mũdi quotidie multi moriunt. **C**esari⁹. **L**icet maligni spũs ita sint in vno loco q̄ nõ sint in alio attamẽ tã agilis sũt nature vt vno momento diuersa transeant spacia terraz. **N**el dici p̄õt q̄ cũ fortiori numero insũt iustis morientib⁹ q̄ malis de quib⁹ certi sunt. **A**ppolloni⁹. **P**lacet quod dicit. **C**esari⁹. **R**equisit⁹ etiã si esset in obitu domini geuardi abbatis nostri tunc recenter mortui. **R**espondit. non est tantũ arene in litore maris quot ibi fuim⁹. sed modicũ ibi obtinuim⁹ quia pediculosi illi more porcoz in humo iacentes grunnientes nõ sinebant p̄pius nos accedere. **H**abent pretere rea domũ quandã susurrj capitulũ notans. **I**n qua omnia nobis que delinquũt subtrahunt. **E**t dixit miles. **Q**ũo stultissime ausus fuisti ad obitum viri tam iusti venire? **A**usus inquit. **E**go p̄ns sui vbi dei filius expirauit. sedens sup brachiũ crucis. **H**oc verbũ a demone platum et a layco recitatũ maxime mihi fidem fecit dictoz. eo q̄ in glosa legat sup thobiã **D**icẽte **W**altero. **Q**ue fuit portio vestra in xp̄i morte? **R**espondit. nulla. **M**alo nostro illic venim⁹ quia virtute morientis turbati et agitati detrusi sumus in infernũ. **M**ulta alia cũ demone quotiens solus erat conferebat. que postq; conualuit multis recitauit. **H**is nunc audire qualis predicti comitis finis

facti et  
castro in  
Qui cum  
terro rior  
tem esse  
Vente il  
ceruicem  
ante die  
nos esse  
cum illa  
nubere d  
remite ab  
nisi in col  
hororis  
cum suar  
funt. ant  
licentis  
de morte  
Niroz qz  
fies et ro  
pam Jul  
Wolung  
ne. vterq;  
mics null  
pudica d  
tam corn  
viri et in  
vram m  
tenuis ex  
bus aliqu  
aur his est  
vnta deo  
cuius vto  
tiam inter  
circa subie  
his colom  
leuus est

fuerit et pena **C** Appollonius. Etiam **C** Cesarius. Infirmatus vero in castro suo nyethiecke pro quadam contumelia sibi illata venit Colonia. Qui cum rediret et in via defectum cordis incurrit et ait **O**ch nunq̄ de cetero videbo coloniam. Cui in terram deposito cum medicus diceret mortem esse in ianuis subiecit. Consulo tibi vt vxorem tuam recipias. Respondente illo non faciam. Supplicauit ei pro quodam milite quem diu incarcerationauerat. Nequaqū inquit egredietur me viuentem. Tunc medicus. Ergo ante diem crastinum egredietur. Quod ita factum est. Cum vero mortuus esset in sinu cuiusdam matrone quam viro proprio tulerat iacebat. Cui cum illa diceret. Domine quid faciam post mortem vestram? Iuueni inq̄ nubere debes militi. Hec ei verba vltima fuere. Eadem nocte sicut mihi retulit abbas quidam ordinis nostri sanctimonialis quedam sancti mauritij in colonia in loco penarum transposita est in quibus puteum magni horrois igneo tectum operculo inter flammam vidit sulphureas. De quo cum suum ductorem adinterrogasset. respondit ille. Due tm̄ anime in illo sunt. anima scilicet maxentij imperatoris. et anima Wilhelmi comitis Juliacensis. Mane visum recitans cum eadem die rumor insonuisset colonie de morte eiusdem comitis. visionem fuisse veram intellexit. **C** Appolloni<sup>2</sup>. Miror qua de causa sociatus fuerit maxentio in penis. tot annis interpositis et tot tyrannis ante ipsum defunctis **C** Cesarius. Propter simile culpam Iustum fuit vt qui pares erant in culpa. conformes fierent in pena. Vtriusq̄ vitam noui maxentij ex lectione. Wilhelmi ex multorum relatione. vterq̄ tyrannus. vterq̄ supra modum luxuriosus. Sicut legitur in cronica nulla fuit in vrbe romana siue extra urbem matrona tam nobilis tam pudica dummodo oculis maxentij placeret quin de domo mariti sublata corrumpere. Similia faciebat de virginibus et viduis. Viderunt ista viri et ingemuerunt. parentes et tacuerunt. Tanta erat illius crudelitas. vt cum nimio dolore cordis efficerentur. tristitiaz tamen dissimularent. tanta eius extitit tyrannis vt passim serratores ciues milites occideret de quibus aliqua habebatur suspicio. Wilhelmus vero non dissimilia operabatur his etsi non pari potestate non tamen impari voluntate. Sicut audiuimus deditus erat luxurie et incestui vt vix aliquem haberet ministerialium cuius vxorem aut filiam non attentaret violare nullam habens differentiam inter matrem et filiam. inter legitimam et absolutam. Quante fuerit circa subiectos siue comprouinciales crudelitatis omnis nouit episcopus coloniensis. Maxentius vxorem propriam occidit. iste includit. ille persecutus est ecclesiam. multos perfide occidendo. **I** **3**

imperij romani persecutus est sedis apostolice obedientes sacerdotes de suis sedibus efficiendo quosdam mutilando et bona ecclesiarum diripiendo. Hec acta sunt in temporibus Innocentij pape Anno preterito canonicus quidam aquensis retulit mihi de eodem Wilhelmo visionem satis terribilem. Post mortem inquit suam cuidam incluse cui bene fecerat. visibiliter apprensus vultu lurido ac macilento ait. Ego sum miser ille Wilhelmus quondam comes Juliacenensis. Quem dum illa interrogasset de statu suo respondit. Totus ardeo. Et cum leuasset vestem vilissimam qua indutus videbatur mox flamma erupit sicque cum eiulatu disparuit. Huic adhuc viventi deus qui misericors est ut eum a peccatis revocaret aliquod glorie sue ostendit. In die quadam natalis sui in canone prioris misse voces suavissimas cum melodiam dulcissimam quasi in celo eum audire permisit. Qui mox interrogans dominum Engilbertum tunc maioris ecclesie in colonia prepositum nunc archiepiscopum si voces easdem audiret et ille se audivisse negaret amplius mirabatur. In canone vero secunde misse necnon et tertie easdem voces que diverse erant etatis audiuit. Cum hec recitata fuissent domino Hermannus abbatem loci sancte marie comitem adijt ex ore eius que dicta sunt audiens. Inuocavitque idem comes testem deum nihil se mentiri hec addens cum iuramento. quia si adhuc semel mihi talia concederentur audire omnibus meis paratus essem abrenunciare. modicum tamen celestis hec consolatio illi profuit peccatis eius maximis impediens. Puteus in quo missus est comes iste ad memoriam mihi revocat penam cuiusdam mali sacerdotis.

**Ca. vi.**

**E**rat in quadam villa sacerdos quidam miserimus luxurie et comestationibus vacans. animasque sibi commissas omnino negligens. Qui cum mortuus fuisset parochiani sub eo defuncti saxi comprehensis in locis infernalibus illum ardeare ceperunt et dicere. Tibi commissi fuimus tu nos neglexisti et cum peccaremus neque verbo neque exemplo revocasti nos. tu occasio nostre damnationis fuisti. Quez cum agitarent lapides post eum mittendo. ille in puteum cadens nusquam comparuit. Hec cuidam religioso de illo sunt ostensa.

**Cap. vii.**

**Q**uamprimum quodam suevis quibusdam peregrinationis gratia profectis Iherosolimam cum in reditu navigarent iuxta montem vulcani



cuius perpetua sunt incendia. voces huiusmodi de illo resonuerunt. Bene ueniat. beneueniat amicus noster scultetus de Holmere. frigus est. ignem ei copiosum prepare. Illi personam cognoscentes. die et hora notauerunt. Et cum ad propria redissent eundem scultetum die et hora eadem defunctum repperunt. Tunc accersientes eius uxorem quid audierint indicauerunt. Quibus illa respondit. si sic res se habent dignum est ut illi succuraz. Morqz omnibus relictis loca circuiuit sanctorum elemosinis et orationibus pro anima illius deo supplicando.

Ca. viii

**I**lio tempore quidaz flamingi cum mare transirent de eodez monte vulcano vocem huiusmodi audierunt. Bonus amicus noster Siwardus hic venit suscipite illum. qui cum multo stridore missus est in vulcanum. nam et ipse scultetus fuerat in Leggenich. Illi notantes tempus et nomen persone. reuersi villam iam dictam intrauerunt et cum de sculteto requirerent eum eodez die et hora qua vocem audierunt in mari obisse repperunt. nam et ipse homo pessimus erat sicut superior.

Cap. ix.

**S**imile est quod sequitur. Cum tempore quodam Conradus sacerdos de Binkasse cum alijs punitie nostre peregrinis mare transiret ante sepe dictum vulcanum vox talis in eo audita est. Hic venit Bruno de flitire suscipite illum. Que vox cum ab omnibus fuisset audita ait predictus sacerdos fratribus. Testes estis vos omnes huius vocis et statim notauit in tabula. eis presentibus diem et horam dicens. Reuera dominus Bruno mortuus est. Cum vero redirent a Iherosolima obuios habuerunt quosdam peregrinos punitie sue. Quos cum adinterrogassent de statu predicti brunonis acceperunt ab eis quod mortuus esset. de tempore autem sciscitantes. diez eundem inueniunt quo vocem predictam in vulcano audierunt. Conradus vero non multo post factus est monachus in bergis.

Ca. x.

**I**dem Bruno nominis sui filium reliquit quem plenius suis vicibus quam possessionibus hereditauit. Erat enim sicut et pater avarus valde. pauperum exactor et super modum luxuriosus. Ipse est Bruno de flitire. pincerna comitis de monte vix tres menses elapsi sunt quod mortuus est. In cuius obitu obsessa quedam a demone liberata cum die quinta denuo veraret. Dixerunt quodam ad dyabolum. Dic nobis ubi fuisti vel quare reuersus es? Respondit ille. Vere marim postea habuimus festum ad obitum brunonis congregati suimus ad instar pulueris terre. cuius animam cum gaudio deducentes ad inferos. locauimus eam.

in sede debita poculum infernale ei propinantes.

**Ca. xi.**

**E**odem tempore mortuus est in eadem puincia alius miles Euerhardus nomine. et ipse vir criminosus sicut superior. Media nocte dyabolus corpus eius erigens in feretro cunctis qui aderant terrorem incussit. Timentes amici eius iudificationem demonum corpus ligantes ante missam illud sepelierunt.

**Ca. xii.**

**E**odem tempore quo henricus imperator subiugavit sibi siciliam in ecclesia palernensi quidam erat decanus natione ut puto theutonius. Ibi cum die quadam suum qui optimus erat perdidisset palefredum. servum suum ad diversa loca misit ad inuestigandum illum. Cui homo senex occurrens ait. Quo vadis aut quid queris? Dicente illo. equum domini mei quero. Subiunxit homo. Ego novi ubi sit. Et ubi est inquit? Respondit in monte giber ibi eum habet dominus meus rex Ardurus. Idem mons flamas euomit sicut vulcanus. Stupente seruo ad verba illius subiunxit. Dic domino tuo ut ad dies quatuordecim illuc veniat ad curiam eius solenne. quod si dicere omiseris grauer punieris. Reuersus seruo qui audiuit domino suo exposuit. cum timore tamen decanum ad curiam ardurum se inuitatum audiens et irridens infirmatus die prefixo mortuus est. Hec godeschalcus canonicus bunensis nobis retulit. dicens se eodem tempore ibi de fuisse. Appolloni. Mirabilia sunt que recitas. **Cesarius.** aliqua tibi adhuc de eodem monte dicitur sum

**Cap. xiii.**

**Q**uia hoc triennium homines quodam ambulantes iuxta eundem montem gyber voce validam in hec verba audierunt. Preparate focum. modico autem facto interuallo. idem clamatum est. Cumque tertio clamaret prepa focum magnum. respondit nescio quis. Cui prepa bo? Et ille. Dilectus amicus noster hic venit dux ceringie qui plurimum nobis seruiuit. Illi notantes diem et horam per litteras audita regi Frederico mandauerunt. Interrogantes si aliquis in eius imperio mortuus fuisset dux ceringie. Et opertum est eadem die et hora bertolphum ducem ceringie fuisse defunctum. Erat autem idem dux tyrannus immanis. tam nobilius quam ignobilius exhereditator et fidei catholice desertor. Qui cum non haberet plenum instigante vicio auaricie plurimam congregauerat pecuniam. cum autem moriturus esset rogauit sibi familiares ut omnes suos thesauros offerret in massam. Respondit de hoc respondit. Ego noui quod de morte mea gaudentes sibi

**D**istinctio  
Hoc  
fuit de  
lras sup  
Quo si  
que in e  
inferna  
de Th  
lumen e

**Q**uia  
debat  
dens est  
poculum  
hominem.  
fuisse mil  
du. Pre  
ris. Do  
Subieci  
pimis per  
militar pa  
mor. Si i  
lis eius e  
eternalite  
in recordo  
ad exemp

**D** treuer  
erat bent  
rapinas  
mortuus  
uus mul  
no non e  
rerari. ka  
uam sup t

diuidet thesauros meos. **S**i autem in massa fuerint reducti inuicem se occidēt  
**V**ides quanta inuidia! **H**ec mihi a duobus abbatibus relata sunt ex quibus unus  
 fuit de ducatu ceringie. alter asseruit sibi eadem narrata a quodam abbate qui  
 litteras super dictas audiuit cum legerent coram rege Frederico. **A**ppollonius  
**Q**uid sentiendum est de his montibus. vulcano scilicet ethna et monte gyber. **C**um  
 aie in eos mittantur ne ibi purgatorum siue infernorum. **M**ochus **O**s dicunt esse  
 inferni. quia nulli electorum sed reprobis tantum in eos mittuntur. sicut legitur in dialogo  
 de Theoderico rege gothorum. **I**nfernus putat esse in corde terre ne mali  
 lumen celi videant. **R**eferam tibi nunc aliqua exempla de penis peccatorum

**Cap. xliij.**

**Q**uis quondam Andernacensis Erkinbertus nomine pater Jobis mo-  
 nachii nostri. cum die quadam anno lucem iret ad quoddam placitum quidam ei  
 occurrit in dextrario nigerrimo. de cuius naribus fumus et flamma proce-  
 debat. **N**unc via trita tenebat. nunc exorbitans in campum discurrerat. **H**ec vi-  
 dens erkinbertus primum valde territus est. et quia declinare non poterat se ipsum  
 confortans cruce se signauit contra dyabolum. dexteram armans gladio contra  
 hominem. **I**gnorabat enim quod esset. **C**ui cum propinquasset agnouit eum quendam  
 fuisse militem nominatum nuperrim defunctum fredericum nomine de villa kelle oriun-  
 dum. **V**idebat enim circumamictus pellibus ouinis molem terre gestans in hume-  
 ris. **A**d quem erkinbertus. **E**stis vos dominus fredericus? **R**espondente illo. **E**go sum  
**S**ubiecit. unde venitis. quod ve significant ista que video? **E**go inquit in ma-  
 ximis penis sum pelles istas cuidam vidue tuli quas nunc ardentes sentio. **S**i  
 militer partem cuiusdam agri mihi iniuste vendicavi cuius pondere modo pre-  
 mor. **S**i filii mei ista restituerint multam penam meam alleviabunt. **S**icque ab o-  
 culis eius euauit. **Q**ui cum recitasset die altera verba patris filius maluerit illum  
 eternaliter in penis manere quam dimissa restituere. **A**ppollonius. **S**imilia  
 te recordor dixisse in dist. ij. ca. vij. de helia de rynnenge. **C**esari. **E**cce ali-  
 ud exemplum

**Ca. xlv**

**T**reuerensi episcopatu in quo et superior visio facta est alter quidam miles  
 erat henricus nomine cognomento nodus. **N**am et ipse maliciosus valde  
 rapinas adulteria incestus piuria. hisque similia virtutes iudicans. **H**ic cum  
 mortuus fuisset in puincia Meneuerit. in pellicio nouo quo uti solebat vi-  
 uis multis apparuit. domum filie maxime frequentans. **N**on crucis sig-  
 no non gladio poterat fugari. gladio sepe cedebatur. sed non poterat vul-  
 nerari. talem ex se sonum emittens ac si mollis lectus percuteretur. **C**uius amici  
 cum super hoc consulerent dominum episcopum treuerensem **J**obez dedit consilium ut aqua

clauo dominico supposita domus et filia necnō et ipsi si adesset aspergerent  
**Q**uod cum factum fuisset de cetero non cōparuit Eandē filiam genuerat  
de ancilla sua cū tamen haberet legitimā. quā cū fuisset adulta miser cor/  
rupit. nō est diu ex quo ista contigerunt. **A**ppollonius Quid sentiendum  
est de his q̄ in bellis siue torneamentis moriunt? **C**esarius. Si iusta sūt  
bella vt defensio patrie nihil eis oberit. qui defendendo se moriunt. Quā  
tū aut delectent demones in mortibus illoꝝ qui innocentes impetūt sub  
sequēs declarat exemplum

**Ca. xvi**

**S**equenti nocte qñ exercitus ducis Louanij a leodiensib⁹ occisus  
est seruus quidā comitis losensis iuxta montenacke locum scz oc/  
cisionis transiens circa noctis principiū maximū ibi vidit tornea/  
mentū demoniorum. Neq; immundis spiritibus estimo tantam fuisse exul/  
tationem. si non magnam illic cepissent predam. De his vero qui in torne/  
amentis cadunt nulla questio est qñ vadant ad inferos si non fuerint ad  
iuri beneficio contritionis.

**Ca. xvij.**

**S**acerdos quidam de hispania anno presenti ppe castꝝ comitis  
Losensis dū in crepusculo noctis transiret de villa in villā vidit in  
campo vicino torneamentū maximū mortuoz valde clamantiū  
Dñe Waltere de milene. dñe Waltere de milene. Erat idem Walterus in  
militia nominatus nupq; defunct⁹. Intelligens sacerdos illos esse qui mi/  
litū nundinas execrabiles representabant subsistens circulū circa se fecit.  
Cūq; visio cessaret et ipse pcederet itez illos vidēs fecit vt prius. sic vsq;  
ad lucē laborans. He due visiones mihi relate sūt a Wigerō monacho vi/  
lariensi. Referam tibi nunc exemplum de pena vsurarioꝝ.

**Ca. xviii**

**M**iles quidā moriens bonis de vsura acquisitis filiū suū heredita/  
uit. Noctē quadā ad hostiū fortiter pulsans cū puer occurreret q̄  
dō ibi pulsaret interrogaret. Rñdit. Intromitte me. Ego sū dñs  
huius possessionis nomen suū exprimens. Puer p foramen sepis pspiciēs  
cūq; cognoscens respondit. Certe dñs meus mortuus est. non vos intro/  
mittā. Cūq; mortuus pulsando pseueraret nec pficeret. nouissime dixit  
Deser pisces istos. q̄b⁹ ego vescor filio meo etce ad portā illos suspendo.  
Mane exesites reppererūt in quodā ligamine multitudinē bufonū atq; ser/  
pentū. Reuera iste est cib⁹ infernalis q̄ igne sulfureo decoquit. **A**ppollo

Dicit

Quo  
Ela

D

re in qu  
pellente  
vocans  
et illa so  
poluit. q  
reputati  
victis  
bus pat  
polum  
Quē ai  
rere. led  
me. Si e  
nō posse  
us danti  
et est an  
nicus. R  
da. Vt v  
tur. A  
Cela  
uit. po  
dolum

O

Ob cū  
dā cū  
naz hoc  
Dicitur  
viam lat

**Q**uid sentis de his qui male viuunt ⁊ tamen elemosinas multas faciunt?  
**C**esarius Nihil eis prodest ad vitam eternam.

**C**a. xix

**N**on multi anni sunt elapsi q̄ quidā ditissim⁹ ministerialis ducis baioarie defunctus est. nocte quadā castz in quo vxoz eius dormiebat sic scissum est vt terremot⁹ fuisse vidē. Et ecce hostio camere in qua illa iacebat aperto quodā gygante nigerrimo cum capillis inpellente maritus eius ingressus est. Quem cū vidisset et nouisset ad se illū vocans sup sedile lecti sui residere fecit. Nihil vero territa eo q̄ frig⁹ esset et illa sola camisia induta fuisset partem operimenti sui scapulis eius supposuit. quē cū de statu suo interrogasset tristis respondit. **P**enis eternis deputatus sum. **A**d quod verbū illa territa nimis respondit. **Q**uid est qd̄ dicitis? **N**ōne elemosinas magnas fecistis. hostiū vestz peregrinis omnibus patuit. **N**on prosunt vobis beneficia ista. Respondit ille. **N**ihil mihi prosunt ad vitā eternā eo q̄ ex vana gloria nō ex caritate a me facta sūt. **Q**uē cū de alijs interrogare vellet itez r̄dit. **C**oncessū est mihi tibi apparere. sed nō licet morari. **E**cce ductoz meus dyabolus foris stat expectās me. **S**i em̄ om̄ia folia arboris verterent̄ in linguas tormenta mea exprimē nō possent. **P**ost hec euocat⁹ et impulsus in eius abscessu totū castz vt p̄ us scutif. voces euulat⁹ ei⁹ diutius audiunt. **V**isio hec valde celebris fuit et est in baioaria sicut testis erat gerhardus monach⁹ noster q̄q̄ canonicus Ratisponens̄ qui nobis illam recitauit. **E**cce in his omnib⁹ que dicta sūt impleta est scriptura que dicit. **P**otentes potenter tormenta patiētur. **A**pollonius. **I**hec et huiusmodi exempla potentib⁹ debent p̄dicari.

**C**esarius. **Q**uia ip̄i sacerdotes ex magna parte male ⁊ incōtinenter viuūt. potentes nō pungunt sed vngunt. q̄ graue sit peccatū luxuria sacerdotum subsequens probat exemplum.

**C**a. xx.

**Q**uoniam cuiusdā sacerdotis cū esset moritura sicut a quodā religioso didici. cū multa instātia calceos sibi nouos ⁊ bñ tacciatos fieri petiuit dicēs. **S**epelite me in eis valde em̄ erūt mihi necessarij. **Q**d̄ cū factū fuisset nocte sequēti. longe añ lucē luna splendente miles quidā cū seruo suo p̄ viā eq̄tans. femineos euulat⁹ audiuit. **M**irantib⁹ illis qd̄ naz hoc esset. **E**cce mulier rapidissimo cursu ad eos properans clamauit. **A**diuuate me. adiuuate me. **M**ox miles de equo descendens et gladio circumlū ubi circūducens feminam bene notam infra illum recepit. **S**ola em̄

Camisia et calceis predictis induta erat. Et ecce ex remoto vox quasi venatoris terribiliter bucinantis. necnō et latrat? canū venaticorum precedentium audiuntur. Quibus auditis illa dū nimis tremere. miles cognitis ab ea et ausis equū seruo omittens tricas capillorum eius brachio suo sinistro circūligauit. Dexterā gladiū tenens extentū. Approximante infernali illo venatore ait mulier militi. **S**ine me currere sine me currē ecce appropinquat. Illo fortius illam retinente misera diuersis conatibus militem pulsans tandem ruptis capillis effugit. Quam dyabolus insectus cepit equo suo eā iniiciens ita vt caput cum brachijs penderet ex vno latere et crura ex altero. Post paululum militi sic obuians captam predam deportauit. Qui mane ad villam rediens quid viderit exposuit capillos ostendit et cū minus referenti crederent aperto sepulcro feminaz capillos suos perdidisse reppererūt. **H**ec contigerunt in episcopatu moguntinensi. **A**ppollonius. **S**i deus sic punit peccatum fornicationis in cōcubinis puto q̄ multo diu rius illud puniat in sacerdotibus qui illas peccare faciunt. **C**esarius. **N**ez dicis. Preterea peccatum multum aggrauat ordo et scientia. **I**n eodem genere peccati plus peccat sacerdos q̄ laycus. plus monachus q̄m secularis. **I**dem intelligas in sexu femineo.

**Cap. xxi.**

**S**uper monachus quidam ordinis nostri sicut didici ex relatione cuiusdam abbatis ex licentia fratris abbatis purgatorium sancti patricii intrare volens dissuadentibus fratre mozem fratribus et poze super marginem fosse positus est in vespera. Mox locus versus est in baratrum. Et ecce demones quasi de abisso bullientes dixerunt monacho. Si vis intrare ad nos deponie crucem cucullam ad instar crucis formatam vocantes sic. Quibus respondit. Vestem meam non deponaz. paratus sum intrare. paratus sum vobiscum contendere sed non sine veste professionis mee. Tuncq; tota nocte in hunc modum cum eo verbis disceptarent nec tamen tangerent mane in eodem loco ubi fuerat dimissus repertus est. **Appollonius.** Unde habes auctoritatem qd post hanc vitam peccata remittantur? **Cesarius.** Dominus dicit in euangelio Qui dixerit verbum in spiritu sanctum non remittetur ei neq; in hac vita neq; in futura. Ex quo colligitur qd post mortem peccata venialia necnon et mortalia peccata que purgatorio essent punienda meritis et precibus sanctorum suffragantibus vel orationibus elemosinis alijsq; misericordie operibus ecclesie militantis intercedentibus remittantur. Unde Judas machabeus duodecim milia dragmas argenti misisse legitur Iherosolimam pro peccatis occisorum. Et hec de purgatorio dixisse sufficiat. Hoc etiam scire debes. summe boni et martires talibus post mortem non indigent. summe malis vt infidelibus nihil prosunt. Mediocriter vero bonis et mediocriter malis psunt quidem sed differenter. Illis vt citius liberentur. istis vt mitius puniantur. quorum tamen pena interminabilis est. **Appollonius.** Vellem nunc audire aliquando de gloria iustorum. **Cesarius.** Prius tria de penis reproborum premittam exempla locis suis neglecta. vt sic nigro colore stracto albus magis elucescat.

**Ca. xli**

**Q**uempescaus inter Ottonem et Philippum reges romanorum peregrinus quidam de transmarinis veniens partibus sclauiniam suam pro vino quod in illis partibus fortissimum est exponens et tantum bibit vt inebriatus a mente sua alienaretur sic vt mortuum esse estimaret. Eadem hora ductus est spiritus eius ad loca penarum. vbi super puteum igneo opculo tectum. residens aspexit ipsum principem tenebrarum. Interim inter ceteras aias adductus est abbas Corueye quem ille multum salutem cum calice igneo poculum sulfureum ei ministravit. Qui cum bibisset amoto opculo missus est in puteum. peregrinatio cum ante limina infernalium staet et terra videndo tremet. dyabolus fortiter clamavit. Adducite etiam mihi dominum illum qui foris stat qui sero vestem peregrinationis sue pro vino exponendo

Inebriatus  
cucullam  
imminent  
notavit re  
se cognou  
laris ma  
diti su et  
ip ubi re

**L**  
mi  
de  
mans mo  
ret. Quo  
die per vi  
yas parui  
in quali in  
Respondi  
re eum qd  
peccata  
Ipsi qui  
Appolloni  
ra. **Cesari**  
uonem la

**H**  
gri  
gat  
p se de a  
gabae. Non  
Noe quod  
loca penar  
mas adduc  
debilis im  
santus. In  
alio pnce

inebriatus est. Quo audito peregrinus ad angelum domini qui eum ad-  
 duxerat respiciens promisit quia nunquam inebriaretur dummodo illa hora de  
 imminente periculo liberaret eum. Qui mox ad se reuersus diem et horam  
 notauit rediensque in terram suam eodem tempore predictum abbatem obij-  
 se cognouit. Ego eundem abbatem colonie vidi. Eratque homo valde secu-  
 laris magis se conformans militi quam monacho. **Appollonius.** Qui hic de  
 diti sunt ebrietati puto quod in inferno male potentur. **Cesarius.** De hoc ali-  
 ud tibi referam exemplum

**Cap. xli.**

**I**n dyocesi coloniensi non procul a colonia miles quidam erat no-  
 mine Rudingerus sic totus deditus vino ut diuersarum villarum  
 dedicationes tantum propter bona vina frequentaret. Hic cum infir-  
 matus moriturus esset filia eum rogauit ut infra triginta dies sibi appa-  
 reret. Quo respondente hoc faciam si potero. expirauit. Post mortem vero  
 filie per visum apparens ait. Ecce presens sum sicut postulasti. portabat enim  
 vas paruum et fictile quod vulgo cruselinum dicitur seu vocatur in manu sua  
 in quali in tabernis potare solebat. Dicete filia. pater quid est in vase illo?  
 Respondit. potus meus ex pice et sulfure confectus. Semper ex illo bibo.  
 nec eum epotare valeo. Sicque disparuit. Et statim intellexit puella tam ex  
 precedenti vita quam ex pena modicam vel nullam esse spem saluationis eius.  
**Vinum** quidem hic blande ingreditur sed nouissime mordebit ut coluber. **Appollonius.**  
**Hoc** in predicto abbate quam in rudingero impletum confide-  
 ro. **Cesarius.** Sclaunia peregrini qui eundem abbatem in penis vidit  
 visionem satis mirabilem ad memoriam mihi reducit.

**Ca. xlii.**

**H**ic illud tempus quo occisus est conradus episcopus hildinshemensis pere-  
 grinus quidam in villa quadam moriens sclauniam suam sacerdoti le-  
 gavit animam suam illi commendans. Quam vestem sacerdos quidem susce-  
 pit sed de anima modicum curauit. Serui vero siue pueri noctibus se illa te-  
 gebant. Non multo post idem sacerdos in ordine nostro factus est nouitius.  
 Nocte quadam in dormitorio iacens et dormiens per visionem raptus est ad  
 loca penarum. In quibus maximus erat demonum concursus et occursum. Alii ani-  
 mas adducebant. Alii adductas suscipiebant. Alii susceptas tormentis  
 debitis immittebant. Magnus illic erat clamor et tumultus gemitus et  
 planctus. Interim predictus episcopus claustris infernalibus presenta-  
 tur sed princeps tenebrarum scilicet Lucifer voce lugubri sic affatur dicens

Reducite reducite illum. non enim noster est. innocenter occisus est. Sacerdos talia videns et pauens post hostium se occultauit. Videns dyabolus predictam in angulo quodam sclauiniam. dixit. Cuius est vestis illa? Responderunt sacerdotis illius qui stat post hostium. Quam cum a quodam peregrino in elemosina recepisset. nihil benefici anime illius impedit. Ad quod dyabolus. valde occupati sumus. Expediamus nos statim ab illo. Tollensque vestem quasi in fetidum atque bulliens lixinium intinxit. De qua cum faciem et collum sacerdotis percussisset ille excitatus fortiter clamauit. Adiuuate adiuuate. Quem cum signo vocis compescerent. respondit. En morior. en incendor. Tunc surgentes inuenerunt caput eius totum inustum. sique in infirmitorium deportauerunt semiuivum. Pullam enim fecerat de eadem negligentia confessionem. **Apollonius** Valde terrere debet hec visio illos qui multas habent ecclesias et multas quotidie recipiunt elemosinas et non deseruiunt. **Cesarius**. Neque nos sine timore esse debemus. His ergo que tristitie sunt ommissis. veniamus ad premia patrie celestis.

**Cap. xliii**

**I**n monasterio sanctimonialium quod dytkirche dicitur. quod in bünensi ciuitate situm est. abbatissa quedam fuit nomine Irmenozois. Erat enim virgo corpore. amatrix imo in domo eadem reparatrix discipline et totius norma iusticie. Cum vero moritura esset passionem domini coram se legi faciebat. et cum ventum fuisset ad locum illi. In manus tuas commendando spiritum meum. ex multa pietate cordis hec verba que ei vltima fuerunt dixit. O amantissime virozum. Statimque agonizans cum xpo et in manus xpi spiritum emisit. Que cum post mortem beate arzelline apparuisset et illa de statu eius sciscitaretur. Respondit. statim in ipsa hora quando anima mea egressa est de corpore fuit ante deum. Et illa. Quare soror non apparuisti mihi per hos triginta dies? Respondit abbatissa. Ego fui in gloria et tu circa reliquias sanctarum virginum vndecim milium eras occupata nec te volui impedire. Huius sepultura. cuidam sorori diu anteq̄ abbatissa efficeretur preostensa est. De alia siquidem domo propter religiositatem ab episcopo philippo assumpta fuerat eratque soror Cesarij monachi nostri quondam abbatis Prumiensis.

**Cap. xliii**

**H**ec Arzellina habebat quandam spiritualem sororem in

con  
za a  
oâ it  
leici  
mus  
uo le  
tisq  
**C**es  
fis cu  
arzeli  
reut  
non est  
rardus  
hoc tra  
pernit  
cinuit  
pericli  
tuc alie

**M**  
egressa  
uerat at  
tionis pe  
fortum.  
penas e  
trama cō  
pauire pe  
ribus bon  
lois timo  
pauiret ecc  
penas sien  
uicolumbe  
tuanag et

congregatione vnice dilectam. **Q**ue cum moritura esset. rogata est a beata aczellina vt sibi post mortē appareret quod et fecit. Nam cum die quadā staret in oratione aczellina. soror defuncta apparens ei in sphaera ignea sciscitanti de suo statu versiculo dauidico respondit dicens. Sicut audiui mus sic vidimus in ciuitate dñi virtutum in ciuitate dei nostri &c. Nihil aliud loquens oculis eius subtracta est. **A**ppollonius. Satis breuiter. satisq; pleniter tam suum premium q̄ superne ciuitatis gloriam ostendit. **C**esarius. Cum mortuus esset beate memorie **P**auo monachus claustrē his cuius vita signis et virtutibus valde extitit illustris. **P**ata est predictae aczelline vna ex tunicis eius. quam cum ppter viri sancti amorem veneraretur valde. **I**lle quadam die ei apparens dixit. Bona soror. tunica mea non est tibi necessaria. sed quidam peccator conuersus est in claustro **B**e/rardus nomine cognomento Wasbart. alli des eam. quod et fecit. **S**ciens hoc frater eius carnalis **F**redericus monachus noster partem sibi dari petiuit ex eadem tunica. **Q**uam ille per medium scindens partem sibi retinuit reliquam fratri transmisit. **P**er quam plurime sanitates apud nos perfecte sunt. **C**um quanta celeritate iustorum anime celos penetrent ad hoc alio tibi pandam exemplo.

**Ca. xlv**

**M**onachus quidam ordinis nostri alteri cuidā monacho sibi familiariter post mortē apparens in gloria multa cum de statu suo requireret. Respondit. nunq̄ sagitta de arcu emissa tā cito volare potuit ad locum destinatum q̄ cito anima mea de corpore egressa fuit ante deū. nec mirū. **Q**uadragesima em̄ annis xp̄o in ordine seruierat ad instar sagitte multos salubriter vulnerans exemplo recte cōuersionis pennis subleuatus otemplationis. **I**n sagitta tria sunt. lignū penne ferrum. **I**n ligno ppter fructum exprimitur boni operis plenitudo. **P**er pennas gemina id est dei et primi dilectio. **I**n ferro quod acutum est extrema cōpunctio. **N**ota q̄ sagitta non recte ducit nisi sit pennata neq; puenire potest ad locū destinatū. **S**ic anima etiā si fuerit innumeris operibus bonis id est de genere bonorum. bene decorata et ferro acutissimi doloris timore peccatorum affecta nunq̄ tamen sine alis caritatis ad locum pueniet eterne quietis. **D**e hoc loco **D**auid dicit in ps. **Q**uis mihi dabit pennas sicut columbe et volabo et requiescā. **A**ppollonius. Sepe in specie columbe iustorum anime legunt celos penetrasse. **C**esarius. Verum dicitis. naz et vnū exemplum recentiori tempore gestum de hoc tibi referā

Ca. xli

**I**n ciuitate bunnensi quedam inclusa erat habitas religiosa satis atq; deuota. Hec cum nocte quadam rimulis celle sue splendorez immitti cerneret et diem esse putaret territa propter horas nondum dictas surrexit fenestram versus cimiterium aperuit. et ecce iuxta caput sepulcri cuiusdam scolaris receter illic sepulti miri decoris femina stare aspexit. Gloria corporis eius eandem lucem creauerat. stabat et colubam niueam super tumulum. quam illa rapiens misit in sinum suum. Inclusa uero licet iam intelligeret que esset tamen cum reuerencia quenam foret requisit. Cui illa. Ego sum mater christi. et animam scolaris huius qui uere martir est tollere ueni. Reuera scolares si innocenter uiuunt et libenter discunt martires sunt. Quod si postea artes doctas in caritate maxime in dei seruitio exercuerint. magnam ex hoc mercedem consequentur de hoc audias exemplum

Ca. xlii.

**I**n Arnisberg monasterio ordinis premonstratensis sicut audiui a quodam sacerdote eiusdem congregationis scriptor quodam erat Richardus nomine anglie natione. hic primos libros in eodem cenobio manuum propria descripsit. mercedem sui laboris prestolas in celis. Hic cum fuisset defunctus et in loco notabili sepultus post viginti annos tuba eius aperta manus eius dextra tam integra et tam uiuida est reperta. ac si recentem de corpore animato fuisset prescisa. reliqua caro in puluerem redacta fuit. In testimonium tanti miraculi manus eadem usque hodie in monasterio reueratur. Bene erat manus huius scriptoris pennata. id est opus eius caritate informatum. Appollonius. Satis deus ostendit in instrumento quanta fuerit merces laboris in celo. Cesarius. audi aliud.

Ca. xliii

**M**agister Petrus cantor Parisiensis. uerbo uoto et exemplo plures edificauerat. Hic in pontenella domo ordinis nostri factus est nouitus. et infra annum probationis defunctus est et in capite sepultus. Cumque postea necessitate edificiorum corpus eius esset transferendum aperto sepulcro tam magnus et tam suauissimus ex illo odor efferebatur ut nares omnium illius fragrantia reficerentur. Odor ille signum erat eximie eius doctrine cuius mercedem receperat in celo. Quantum uero gratie quatum uel glorie doctores siue predicatorum post hanc uitam merentur subsequens sermo declarat.



**Ca. xli.**

**S**acerdoti cuiusdam ordinis premonstratensis in hac que modo fuit expeditione preceptum erat contra saracenos crucem predicare. Cumque in ipsa predicatione corporali molestia tactus hominem deponeret cuiusdam socio suo post mortem apparuit. quem cum ille interrogasset quomodo haberet vel si aliquid molestie moriens pertulisset. Respondit. videbatur mihi pena mea satis longa. Cumque morerem non nisi demones circa me vidi qui animam egredientem ceperunt abducere. Ex quibus vnus dixit nunquam bene seruasti professionem tuam neque obedientiam abbati tuo promissam. Et subiunxit statim alter. nunquam predicasti sine re dominum tuum id est gratis. Et intellexi statim accusante conscientia quia vterque verum dixisset. Cumque in hunc modum diuersi diuersa contra me proponerent et ego iam positus fuisset in desperatione eo quod non esset qui pro me responderet maxime cum circumspectus neque beatam dei genitricem neque aliquem angelorum siue aliorum sanctorum vidissem. ecce christus adueniens manu tenuit me dicens. Sequere me quia tu predicasti me. Mortua omnis spirituum illorum immundorum disparuit ad instar fumi et ego christum secutus sum ad gloriam. nullam enim aliam penam excepto illo terrore passus sum. **H**is etiam qui libenter orant referam exemplum satis incentiuum.

**Ca. l.**

**Q**uis quidam Colonienfis habebat illam consuetudinem ut quoties solus esset semper oraret. Eundo ad ecclesiam siue redeundo vel in curia sua deambulando angelicam maxime ruminabat salutationem. Qui cum mortuus esset cuiusdam neptis sue in habitu splendido apparebat. In quo maxime tamen in caligis et in calceis scriptum erat per totum versiculum. **Q**ue maria gracia plena etc. Qui ut dixi eundem versiculum deambulando frequentauerat cruribus eius et pedibus crebrius inscriptus apparebat. Ex his que dicta sunt colligitur quod sicut deus secundum qualitates et modum punit peccatum ita remunerat et meritum maxime in illis membris ostendens signum glorie per que illa meretur. **A**ppollonius. **U**nde est quod humana natura tantum abhorret mortem cum tanta sit ei a deo gloria preparata. **C**esarius. **I**psa rex glorie **I**hesus christus deus et homo in tantum secundum sensualitates mortem abhorruit ut timore illius sanguinem sudaret. **A**nima naturaliter appetit esse in corpore nec potest ab illo separari sine magna acerbitate.

**Ca. li**

**H**oc quatuordecim annis cum prior cuidam de ordine regularium in quadam curte monasterii sui hospites collegisset et iam mensa esset preparata ipse tanto sopore cepit affici ut nisi ocius dormiret moreretur. Qui cum in lecto se reclinasset mox quidam eius uersus qui alteri grangie preerat dormitanti affuit dicens. Domine cum licencia vestra vado. Et ille. quo vadis. Respondit uersus. ad deum vado quia mortuus sum in hac hora. Et prior. Cum multi perfecti viri transeant per purgatorium. Quid est quod tu ita absolute dicis te statim esse iturum ad deum? Ad quod ille respondit. habebam consuetudinem ut quotiens transirem coram crucifixo hanc dicerem orationem. Domine pro illa amaritudinem quam sustinuli propter me in cruce. maxime quoniam anima tua egressa est de corpore tuo. miserere anime mee in egressu suo. Et exaudiuit orationem meam dominus meus misericors meus. Et dixit prior. quomodo fuit tibi morienti. Respondit. videbam michi in agonia quod totus mundus esset lapis unus et premeret pedes meos. **A**ppollonius. verba huius uersus illis concordant qui dicunt nullam penam in hoc mundo amarioris separatione corporis et anime. **C**esarius. sicuti alibi dixi de incertis non audeo iudicare. Scio enim quod viri perfecti propter vitam futuram quamque valde ardentem desiderant mortem.

**Ca. liij.**

**T**res iuvenes de ciuitate bunnensi uersionis gratia ad nouum castellum domum ordinis nostri venientes omnes ibidem recepti sunt. Ex quibus unus Theodericus alter Guntherus. tertius vocabatur Sigerus. Primo mortuo Gunthero reminiscens sue peregrinationis et superne beatitudinis ad quam suum comitem iam vocatum crediderat quoniam die ad illum tumulum fleuit. Quem cum die quadam vox de sepulchro his verbis allocuta est. Consolare frater consolare. quia citius venies ad me. Cuius vultum cum abbas tristem cerneret et tristitie causam ab eo requireret. et ille dicere renueret vix ab eo que dicta sunt extorquere potuit paucis diebus elapsis precibus ut puto Theoderici adiutus et ipse vocatus est illi coniunctus in celo. cui post multas lacrimas ut dictum est associari desiderauit in mundo. Hec a Sigerone bunne recitata sunt. **A**ppolloni puto quod merces iustorum multa sit in celo. **C**esarius. hoc tibi ostendam in sequenti capitulo.

**Ca. liiij.**

**C**onuersus quidam ordinis nigri ante paucos annos defunctus est. die quadam duobus monachis cenobii sui in conclauis sedentibus ille hostio latentem apertum ingressus est ad eos. Quo viso cum terrerentur

scientes eum mortuum. **At ille.** Cognoscitis ne me? Respondentibus illis bene te cognoscimus tu es talis frater noster. **Teperunt eum interrogare** de statu quarundam animarum. Quos ille de singulis expediuit dicens quasdam esse male. quasdam valde male. quasdam etiam bene. quasdam valde bene. **Quem cū etiam interrogassent de griseis monachis.** Respondit. **Premiū illozum maximū est et lucent sicut sol in regno celorum.** **Hec mihi relata sunt a quodam abbate nigri ordinis.** **Appollonius** huic visioni concordat quod dictum est superius in distinctio. vii. capto. lx. ubi ordo noster sub mantello beate dei genitricis congregatus est. **Cesari?** verum dicis. **Appollonius.** quod iustis repromissum est a domino. **Iulgubunt iusti sicut sol in regno patris eorum.** nescio vtrum intelligenduz sit de corpore vel de anima. **Cesarius.** corpora electorum post resurrectionem lucebunt vt credimus sicut sol non sicut modo lucet sed sicut luxit ante lapsum. hoc est septempliciter tantū vt modo. teste **Isaya.** Et erit ait lux lune vt lux solis. et lux solis septempliciter vt lux septem dierum. **Anima vero multo plus lucebit q̄ corpus.** **Appollonius.** Claritatem corporū vel lem mihi aliquo exemplo probari. **Cesarius.** Vt enim taceam de trāsfiguratione dominici corporis referam tibi exemplum quod nup̄ audiui.

*Nota de gloria clarior*

**Ca. lxxxij**

**M**agister quidam parisiensis infirmatus cum de gloriacione corporum cogitarz et hesitans in corde suo diceret quomodo poterit esse vt corpora ista fictilia et putrida lucere possint in futuro sicut sol. ad pedes suos quos de operimento crexerat respexit. Et ecce tantus splendor de illis exiuit vt oculi eius reuerberati eos intueri nequirent. **Moxq̄ ad se reuersus gratias egit x̄po cuius virtute antequam moreretur ad fidem resurrectionis reductus est.** **Appollonius.** Quomodo poterunt oculi tantum fulgorem sustinere. **Cesarius.** vt dicit **Augustinus.** Longe erunt tunc alterius potencie q̄ modo. nam et ip̄i gloriificabuntur

**Ca. lxx.**

**Q**uam sancte recordationis dominus **Dauid** monachus claustrensis adhuc esset in corpore sepe sedens in labore in ip̄m globum solarem irreuerberatis oculis ad instar aquile respexit. **Huius rei testes sunt seniores nostri qui ea que dicta sunt sepius viderunt.** Si enim deus tantam virtutē tribuit oculis infirmis quid hoc miraris de oculis gloriificatis. **Appollonius.** Dic queso que erit gloria

corporum vel que gloria animarum **C**esarius. **U**triusque hominis gloria nobis inexplicabilis est.

**C**apitulum quinquagesimum sextum

**I**n nouissimo die ut dicit apostolus omnes resurgemus. sed non omnes immutabimur. **S**oli electi immutabuntur per glorificationem utriusque hominis. **G**loria corporis consistit in quatuor dotibus. id est in subtilitate. claritate. immortalitate. agilitate. **Q**uatuor erunt dotes corporis ut omnis eius natura glorificetur. **C**orpus constat ex quatuor complexionibus. id est sanguine. colera. melancolia. flegmate. que cum quatuor elementis concordant. **S**anguis concordat cum aere. colera cum igne. melancolia cum terra. flegma cum aqua. **E**st adhuc alia horum cum etatibus et temporibus concordancia que huic loco non est necessaria. **Q**uicquid enim corpus humanum habet de aere transibit in subtilitatem. quod de igne in claritatem. quod de terra in immortalitatem. quod de aqua in agilitatem. **D**e his quatuor dotibus scriptum est. **F**ulgebunt iusti et tanquam scintille in arundinetis discurrent. **F**ulgebunt. ecce claritas. et tanquam scintille. ecce subtilitas. nihil subtilius scintilla. **I**n arundinetis discurrent. ecce agilitas. discursus agilitatem exprimit. **P**er hoc quod sequitur. et regnabunt in eternum. exprimitur immortalitas vel impassibilitas. **D**otes vero anime sunt. agnitio. dilectio. fructio. **A**nima beata deum agnoscet. agnitum diliget. fruetur dilecto. **P**ost resurrectionem generalem septenarius iste trinitati personarum iungetur. et felix tunc ille denarius electis repromissus perficietur. **E**rit tamen in dispari claritate par gaudium ut ait **A**ugustinus. quod non est intelligendum de affectione cordium. sed de rebus de quibus gaudetur. vnusquisque ibi gaudebit de gloria alterius. **Q**uod dotes debeant inequales esse dicit **A**postolus. **S**icut inquit stella a stella differt in claritate. ita erit et resurrectio mortuorum. **A**ppollonius. de die iudicii vellem nunc aliquid certificari. **C**esarius. **D**e die illo nemo scit quia dies domini sicut fur in nocte id est inopinate et improuise ita veniet. **A**ppollonius. **U**bi erit iudicium? **C**esarius. **S**uper vallem Josaphat in aere. **A**ppollonius. **Q**uot erunt ordines in iudicio? **C**esarius. **Q**uatuor quidam ut summi boni iudicabunt et saluabuntur. summe mali sine iudicio damnabuntur. mediocriter boni iudicabuntur et saluabuntur. mediocriter mali iudicabuntur et damnabuntur. **A**ppollonius. **I**n

Quod  
ia for  
arbori  
il. Ce  
cum po  
  
C  
  
offer in oc  
cum se inu  
dem sacri  
est cum p  
tamen ar  
rultum p  
banur. E  
causam i  
rabatur.  
Dey cin  
rit. Telle  
aliqui miler  
qui in circu  
lata in pu  
lia verbis  
in extrada  
proprie ri  
corrobore  
humana l  
timmerit e  
silo splendi  
pastor: an  
num alio: an  
o qui. Co

qua forma apparebit **Christus** **Cesarius**. In forma serui omnibus apparebit sed glorificata. **Appollonius**. Exhibebit omnibus eundem vultum. **Cesarius**. Non bonis apparebit mitis. malis terribilis. hoc tibi ostendam per exemplum

### Capitulum quinquagesimumseptimum.

**Q**uoniam circa hoc biennium sacerdos quidam mortuus est in **Briseke** villa **dyocesis** **Coloniensis** de ordine **templariorum** nomine **Einolphus** vir satis religiosus. Que de illo dicturus sum ipse mihi ore suo non semel sed sepius recitauit. Cum adhuc puer esset in domo matertere sue infirmatus sacraz communionem suscepit. Et cum se inungi peteret quibusdam dissuadentibus dilatum est sicqz sine eodem sacramento expirauit. Affuit et angelus domini qui dixit. Male actum est cum puero isto eo qd sine sacra inunctione obierit. Et inunxit eum. iam tamen anima egrediente. Egressam vero diuino vultui presentauit. quem vultum puer quasi per velamen contemplantatur ei qz seuerus valde videbatur. Et ecce mox **dyabolus** affuit. qui cum puerum accusare vellet nec causam inueniret ait ad deum. Domine. puer iste obulum germano suo furabatur. nec vnqz inde egit penitentiam. Iustus es et iuste iudicare debes. Non dimittes reatum quia non restituit ablatum. Cui dominus respondit. Velles vt pro tantillo puerum hunc damnarem. Mea iusticia non est absqz misericordia. Supplicantibus pro anima vigintiquatuor senioribus qui in circuitu sedis erant culpa remittitur mox qz ad preceptum dei deducta in puteum igneum proiecta est. in quo tantam penaz pertulit vt postea verbis explicare nequiret. Post horam ab angelo a quo missa fuerat extracta iudici presentata est. Cuius faciem tunc amoto velamine perspicue vidit tantam familiaritatem iocunditatem atqz dulcedinem puero exhibens vt eam de osculari potuisset si voluisset. Et cum ante culpaz in humana forma **Christum** vidisset post purgatorium in diuinitate eundem meruit contemplari. Iuxta quem vidit gloriosam eius genitricem in folio splendido residentem et in circuitu eorum multitudinem angelorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum virginum aliorumqz iustorum. **Dyabolus** vero timens animam perdere ait ad deum. Bonum est vt reducat ad corpus vt ampli' adhuc tibi seruiat. Cui

dominus respondit. Hoc non dicis propter eius salutem sed propter tuam nequiciam. Speras enim quod per corpus peccando cedere possit in partem tuam. Data tamen sententia anima corpori restituitur. Mirantibus cunctis qui aderant quia per signa que in puero viderunt verbis eius credere compulsi sunt. Puer vero cum amore cum timore pene patriam suam deserens conuersionis gratia ad quandam domum ordinis nostri venit. Cuius desiderium cum conuersus homo nequam ac superbus qui hospicio preerat cognouisset eo audiente sic ait Videte quando tales garciones monachi fuerint effecti statim volunt esse domini nostri. In cuius verbis adeo puer scandalizatus est ut a proposito resiliret. et ad ordinem templariorum se transferret. **C** Apollonius. Multe visiones de consummatione seculi quotidie recitantur nescio si eis fides sit adhibenda. **C** Cesarius. Quia de aduentu antichristi et consummatione seculi multi sunt decepti que de eis audivi scribere nolui. Forte ymo non forte propter orationes sanctorum iudicij tempus differatur sicut ex sequenti visione colligitur

**C** Ca. lviij.

**I**n Claravalle sacerdos quidam est Wilhelmus nomine cuius mentionem feci in distinctione octava capitulo quatuoragesimo nono. Huic diuinitus multa reuelantur. Anno siquidem presentium cum in oratione staret. factus in excessu mentis raptus est ad tribunal christi. Ad cuius dexteram angelum cum tuba stare conspexit. Quem christus clara voce cunctis celestis patrie exercitibus audientibus sic allocutus est. bucina. Quod cum factum fuisset tam valida erat vox eiusdem tube ut totus mundus quasi folium de arboze tremere videretur. Cui cum secundo diceret bucina adhuc semel. Mater misericordie virgo Maria sciens mundum si denuo bucinaret consummari. ceteris sanctis tacentibus surgens ad pedes filij prociidit. et ut sententiam differret mundo parceret cum instancia multa supplicauit. Cui christus respondit. Mater mundus in tam maligno iam positus est et sic quotidie me suis peccatis irritat ut vel sententiam suspendere vel homini parcere merito non debeam. Non solum layci sed etiam clerici et monachi vias suas proliis corrumperunt et me de die in die offendunt. Tunc illa. Parce dilecte fili mi et si non propter illos. saltim propter amicos meos. personas ordinis Cisterciensis ut se preparent. Abbates nostri hoc anno de capitulo generali reuertentes nobis ista retulerunt. **C** Apolloni. Quantum ex hac visione colligo valde malis prodest iustorum

Quoddecima distinctio.de pena et gloria mortuorum.

cohabitatio **C**esarius. Si decem iusti fuissent in sodomis dominus multitudini pepercisset. **A**ppollonius. Visio hec concordat miraculo capituli secundi septime distinctionis. Ubi ymago dei genetricis sudasse dicitur. timore imminentis iudicii **C**esarius. Diem iudicii esse in ianuis terremotus per loca et alia signa de quibus supra dictum est declarant. Sed valde consolatur quod saluator his fieri incipientibus iustos ammonet dicens. **L**euate capita vestra id est exhilarate corda quia appropinquat redemptio vestra

Ca. lix

**H**estinemus ergo ingredi in ciuitatem illam in qua nulli sunt terremotus nulli gemitus vel suspiria sed dei laus assidua. in qua nulla pericula sed securitas firma in qua non est mortalitas. sed vita eterna. in qua rancorum nullus discordia nulla sed pax plena in qua nullus esurit nullus sitit quia sacietas illic perfectissima. Quatuor hec bona in tribus versiculis propheta comprehendit dicens. **L**auda Iherusalem dominum lauda deum tuum syon. **L**auda corde lauda ore. **Q**uare? **Q**uoniam confortauit seras portarum tuarum. **E**cce securitas **B**enedixit filiis tuis in te. **E**cce immortalitas. **I**n dextera illius longitudo dierum. **Q**ui posuit fines tuos pacem. **E**cce pax et concordia. **E**x adipe frumenti faciat te **E**cce sacietas. **D**e gaudio ciuium huius beate ciuitatis in te alio loco idem dicit psalmista **S**icut letantium omnium habitatio est in te **C**omprehendit breuiter quod longis sermonibus explicari non poterat. **N**on enim erit leticia qualis hic agitur. vbi de filiorum susceptione letamur vel de munere diuitiarum vel bonorum gratulamur. **Q**uod igitur explicari non potuit sumpta qualicunq; similitudine dixit vt potuit. **S**icut letantium inquit id est vere letantium vt sit expressio veritatis et non nota similitudinis. vt ibi tanquam vnigeniti a patre id est vere vnigeniti **I**storum letantium septiformis est actio. **V**iuunt vita infinibili sapiunt archana dei amant deum et proximum. laudant quod oculus non vidit. quia sunt inuisibilia. et quod auris non audiuit quia sunt incomprehensibilia **G**audent gaudio ineffabili. veloces sunt et securi. **B**eati sunt illi qui illuc ducente domino perueniunt. vbi omnis cogitatio vincitur. et omnia desideria superant. vbi talis felicitas accipitur que nulla contrarietate perdat. **A**ppollonius.

**Duodecima distinctio**

**De pena et gloria mortuorum**

Miseri sunt qui ad tantam leticiam non suspirant. **C**esarius. Quia dyalogo nostro finis imponend' est simul xpm qui omnis consumationis finis est deprecemur vt ea que tua interrogacione huc mea responsione effecta sunt legentibus recnon et audientibus ad meritum proficiant vt sic edificacio primorum nostrorum fructus fiat laborum. **Q**uod nobis prestare dignetur ipse de quo loquimur domin' noster **I**esus xps mundi redemptor electorum confrater rex angelorum. et vt breuiter concludam vita merces et leticia omnium sanctorum cui cum patre et spiritu sancto sit laus honor et imperium per infinita secula seculorum. Amen

**C**odices erigui stilus autorem reticiscens  
**I**ngeror in medium veluti noua verba spargens  
**S**icut mitis amor terat aspera mitius illa  
**C**orrigat ac mores addat nota vera salubres.

Duodecime distinctionis dyalogi miraculorum **C**esarii monachi in **H**erbertbacho abbacia non in nina diocesis **C**olorien. ordinis **C**ysterciensis. et per consequens totius dyalogi finis est feliciter. **I**mpressi per me **J**ohannem Koelhoff. ciuem **C**olonie. Anno dñi. **M**.cccclxxi. ii.

**Deo gratias.**









